

Cum sepissime questiones veniant inter patronos galearum et navium et mercatores, de restis nabulorum, et occasione mensarum, vadit Pars, quod si dictis patronis restant aliquid habere de naulis in Constantinopoli, aut occasione mensaram, debeant recipere in solutionem yperpera .I. pro grossis XIII $\frac{1}{2}$. Et similiter in Tana et per totam Gazariam debeant recipere aspros XV pro grossos XII. Et similiter recipient in Trapesunda aspros cavalarios XI $\frac{1}{2}$, pro grossis XII. Et hec scribantur rectoribus nostris ad quos spectant, ut jus tribuant habentibus, si questio coram eis moverent.

Capta. Et simili modo observetur in Cypro et Harmenia de nabulis et mensa, quod accipi debeant in Cypro pro grossis XII bisancios albos II $\frac{1}{2}$, et in Harmenia pro grossis XII Taculinos XIII.

1333. Vol. XVI.

228.

Capitaneus galearum Armenie accipiat sacramentum a mercatoribus ponendi in cecha regis juste medietatem argenti. 79.
(Indice I, 41^o t^o).

229.

Permesso al Bailo M. Grimani di comprare altra casa in Ayazzo.

Quod nobilis vir Marinus Grimani iturus in Baiulum Armenie possit invenire domum in Aiacio ad afflictum in loco convenienti, et procuret emendi aliam domum vel de baratanda cum aliis nostris, non tamen compleat. 79.